

querunt amicos, famam magnæ laudis tunc de ipsa concordia per ipsam habuerunt. Eodem supradicto Anno 1159 Pisani miserunt Pelagiūm Consulem cum Gerardo Comite, & Curte Veccchia cum Nobilibus Pisaniis militibus, & cum sagittariis, & ædificatoribus, XV. Cal. Septembris in auxilium Imperatoris Ffederici ad obsidionem Mediolani, quod VI. Idus Septembris Imperator subdidit. Unde Pisani cum laude & honore, & bona Imperatoris gratia redierunt ^{sexto} XI. Calen. Octobris. Et die, quo se Mediolanenses dediderunt, Imperator Mediolani coronam sibi posuit Imperii triumphanter. Eodem pariter Anno Mediolanum, Brixia, Plagentia, & Cremona ab ipso Imperatore discordaverunt.

Anno 1160. Imperator prædictus reversus ad devaltandam civitatem Mediolanensem, & alias sibi deditas destruxit, & combusit, ex quo tota Lombardia doluit, & non parum.

Anno 1161. Raynerius Scaccarius obiit XV. Cal. Julii, & fuit sepultus in Ecclesia S. Mariae Majoris Pisani cum magna veneratione. Fuit sic Sanctus in terra, & in mari, quia marinarii de eo multa mirabilia videbant.

Anno 1162. Pisani miserunt ad Imperatorem Ffedericum Legatos, scilicet Ildibrandinum Mele, tunc Consulem, Bulgarinum Bulgarellū, & Lambertum ^{notum} Graftum, qui cum ipso Imperatore fatis tractaverunt ad honorem & augmentum Imperii, & Pisani Communis. Eodem Anno Coctus Consul, & Boccacius Ambasciatores pro Coffmuni Pisano ad Imperatorem Constantinopolitanum euntes, cum ipso per Annum steterunt, quia cum Pisani se unire nolebat dictus Imperator, nisi Pisani promitterent de non adjuvando Imperatorem Ffedericum. Tandem finè alia concordia Pisani reversi sunt; noluerunt enim Imperatorem Ffedericum relinquere, ut veri & puri amici.

Anno 1163. Lambertus Consul, Villanus Ricuchi, Boccius, Henricus Ffederici, Opitho, & Sigerius Legis Doctores Ambasciatores Pisani Communis, ab Imperatore Ffederico Vexillum receperunt, & Spatam pro Investitione Imperatoria super omnes civitates Thuscie. Eodem Anno 63 galēas ad honorem ipsius Imperatoris Pisani fecerunt. Eodem pariter Anno Comes Ildibrandinus fidelitatem cum tota sua Terra & hominibus juravit Pisani.

Item incœpta fuit magna domus juxta litus maris Portus Magnalis pro utilitate Mariniorum; & magnum fundatum Pharum cum turri, & porta ferrea ex tunc incœptum post paucos Annos.

Item eodem Anno Imperator Ffedericus post obsidionem quatuor annorum Mediolanum destruxit, & combusit, nihilo præter personas & pecuniam reservato: quod factum est Anno Regni ipsius Imperatoris X. & Imperii ejus VIII. Et ex tunc timore perculse omnes Terræ Lombardæ ipsius Imperatoris subiere mandata.

Item Pisani in pace manentibus, & nullo galearum apparatum habentibus, Januenses perjuri guerram incœperunt XI. Kal. Julii, Caprariam comburentes, per mare subito, & continuè huc & illuc discurrentes, diversa & gravia damna mercibus & personis Pisaniorum navigantibus, & de guerra nihil scientibus, intulerunt, occidendo, & submer-

gendo ligna, & homines. Ex quo Pisani irati X. galēas, & XI. saettias velociter ordinaverunt, & Caput Corsi vastaverunt, & duas naves Januenium ditissimas ceperunt prope Populonium, quarum una de Sōria, & altera de Constantinopoli veniebat VIII. Idus Julii, ubi 24 Januenses occisi fuerunt. Postea pridie Idus Julii aliam navem de Sicilia redeuentem ceperunt in Ylba. Quo Pisani nota, Pisani ad illas alias miserunt saettias XII. usque Populonium in succursum, & XII. galēas Januenium, quæ ad nostras adoriendas de Janua venerant, expulerunt; & sic cum navibus omnis, & LV. Januensibus captivis Pisani cum honore & latitia XII. Cal. Augusti redierunt. Eodem Anno Pisani paraverunt XXIV galēas, & XXX. saettias pro naval i bello faciendo contra Januam ad Portum Veneris. Propter quod Januenses miserunt ad Imperatorem Ffedericum, supplicantes, ut treguam vel pacem inter ipsos & Pisani faceret. Pisani vero id audientes, ad ipsum Imperatorem solemniter Ambasciatores miserunt VII. Idus Augusti, opposentes contra Januenses, quomodo pacem & juramenta fregerant, & guerram crudeliter & improviso incœperant. Et Imperator rogavit, quod usque ad suum adventum Pisani guerram non facerent; ibat enim tunc Imperator ad Bellificationem pro discordia, quam Papa Victor, & Papa Alexander inter se habebant, judicanda. In qua via secum duxit Imperator duos de Pisani Ambasciatores, scilicet Henricum Canis Consul, & Rainierum Gaitani. Rex quidem Franciæ de concordia Victoris Papæ, quam Imperator fieri promisit, minimè cœservavit. Et tunc prædictos Pisani Rex ipse allocutus est, promittens eis pro amore Pisani Communis amicitiam & conservitum gaudenter. Rex itaque cum indignatione Imperatoris, & cum Papa Alexandro reversus est in Franciam, & Imperator cum Papa Victore in Alamaniam.

Eodem Anno 1163. Guilielmus Rex Siciliæ pacem cum Pisani habens, propter dilectionem, quam videbat inter Pisani & predictum Imperatorem Fredericum, timens de Pisani, subito ipsos Pisani omnes, quos in Regno suo invenerit, cepit, & in personis & rebus eos tenuit.

Anno 1164. XIII. Calendas Julii Pisani furentur cum magno exercitu contra castrum de Peccioli, quod erat multum infestum & dannosum eis, cum 400 milibus, & tribus milibus peditum. Et ipsum sibi deditum in Vigilia Sancti Johannis Baptiste habuerunt; & ex tunc Roccam de Pava, & omnia alia castra usque Vulterram habuerunt; & sic cum magno triumpho Pisani Sex. Calend. Julii ad propria redierunt.

Eodem Anno plures galēas pro servitio Imperatoris Ffederici fecerunt, & comitatu & honoribus creverunt. Eodem Anno ante Cal. Aprilis Rainaldus Coloniensis Archiepiscopus, & Italæ Archicancellarius vénit Pisani; & Pisani cum eo miserunt per Tusciæ Ambasciatores, ita quod timore Pisani subito tota Tuscia fidelitatè Imperatori Fredericò juravit in manus ejusdem sui Archicancellarii. Qui rediens Pisani, Pisani immensas retulit gratias, & in Alamaniam proficisciens, Imperatori publicè retulit, quod Tusciæ habebat gratiâ Pisaniorum.

Eo-

a mari c. M mili

ad unum indicem

Lragittas. M

Capricorni c. M

Planosam

scito? c. M

sagittas

assiliendas. M

manibus. Mi

miles

ragittas

s. M

solutiones

secondaria. M

pape. M

imperatori. M

auati am. c.

instantiam.

M: hanc

dicationem. M

quam

qui c. M

et invenimus

Ganas

multus. c. M

hier. M

Roma

Colin

Iher. M

Tuscia

Iher. M

Tusciæ

haliat. c. M

scripta

Lh C. M

Sisa. c. M

Iher. M

Tusciæ

Iher. M

Tusciæ

Pisani c.

* es comitatuum es alios Granas honore dact